

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XIII. Cùm Sacerdotes potestatem ligandi realiter, qua possint solutos vinculo exclusionis à regno coelorum ligare, nou habeant, quomodò habere dicantur potestatem soluendi realiter.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

*Cap. V. De Effectibus & utilitate*

*Quæstio Cùm Sacerdotes potestatem ligādi rea-*  
**XIII.** *liter, qua possint solutos vinculo ex-*  
*clusionis à regno cœlorum ligare, non*  
*habeant, quomodò habere dicun-*  
*tur potestatem soluendi*  
*realiter?*

**R**espōsio. *C*Vm Christus Sacerdotibus pariter dederit potestatē soluendi & ligandi, dicens:  
*I*oan. 20. *Quæcunque solueritis in terræ, erunt soluta,*  
*& quæcunque ligaueritis, erunt ligata: &*  
*certissimum sit, quòd talem ligandi potesta-*  
*tē non habeant, qua possint solutos vinculo*  
*perpetuae exclusionis à regno cœlorū ligare:*  
*Videri certè alicui possèt, quòd similiter nec*  
*potestatē soluendi realiter habeant, qua*  
*videlicet possint ligatos ab eodem vinculo*  
*solvire. Verùm facilè huius collectionis fal-*  
*sitas apparet, si quis intelligat; quòd longè*  
*aliter ligare, & solvere accipiatur in foro*  
*pœnitentiali, quàm in foro contentioso. In*  
*foro pœnitentiali non ligant positiuè, seu*  
*effectiuè ipsos peccatores, qui seipso per*  
*peccata propria ligauerunt; sed ligant ne-*  
*gatiuè; quia scilicet non absoluunt. Sicut in*  
*eodem foro pœnitentiali non retinent pec-*  
*cata hominum positiuè, sed negatiuè, quia*  
*scilicet, non remittunt. Ideò Sacerdote non*  
*remittente, nec hominem à peccatis soluen-*  
*te, ma-*

te, manet ligatus. Eo autem soluente & remittente, soluitur ligatura. In foro contentiousio autem possunt Sacerdotes posituè soluere, & ligare per excommunicationem. Unde ratio diuersitatis satis appetet.

## CAPVT VI.

### De Ministro Confessionis.

*Estne Sacerdos tām necessarius Minister Sacramenti Pœnitentiae, ut soli ipsi confiteri oporteat, et non alij?*

*Quæstio*

*I.*

 **I**RCA Ministrum Sacramenti *Respoſio.*  
Pœnitentiae declarauit S. Synodus Tridentina; falsas esse, & à  
veritate Euangeli penitus alienas  
doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines, præter Episcopos, & Sacerdotes, clauium ministerium perniciole extendunt;  
putantes verba illa Domini: *Quæcunque aligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo; & quæcunque solueritis super terrā, erūt soluta & in cœlo. Et quorū remiseritis pecca-*

*Cōc. Trid.*

*Sessio. 14.*

*cap. 6.*

*Matth. 16.*

K A ta, re-